



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Noe patre. Cap[itulum]. xlvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse ianuarij occurrētibus Folio. I.

et: is ostensa narravit. Plurima quoque huius
cyriaci errat opuscula fidei nostre mysteria re-
dolentia grato lepore luculenta, claruit aut sub
honorio et theodosio iuniorē.

De sexagesima.

Cap. xlv.



Sexagesima significat
tempus vi-
duationis. Et inchoatur domi-
nica in qua caratur. Exurge do-
mine. et terminat in quarta feria
post pascha. Instructura est autem

propter redemptionem: et propter significationem: et
propter resurrectionem. Primo propter redemptionem.
Quia enim Melchisedes papa et silvester statur
runt ut bis in omni tempore sabbato comedere: ne
propter abstinentiam quam homines sustinerant in
sexta feria in qua omni tempore ieiunandum est:
natura debilitaret. In redemptionem ergo sabba-
torum temporis quadragesima: unam septimanam
addiderunt: et sexagesimam vocauerunt. Secundo
propter significationem: quia sexagesima designat
tempus viduitatis ecclesie: quia fructus sexage-
simus viduus debet sicut et ceteris huiusmodi:
et trigesima fugat. Ideo et merore illum assumit
pro absentia sponsi: quod ad celum rapit. In consolati-
one autem illius pro absentia sponsi: dant ecclesie ale-
due. scilicet misericordie operum exercitatio: et decalogi
adimpletio: quod iuxta multiplicata constituit. Ix. vii
sexagesima sonat secies decem: ut per sex intelli-
gas opera misericordie: et per decem decalogus.
Tertio propter representationem. Nam sexagesima
non solum tempus viduitatis significat: sed etiam
nostre redemptionis representat. Nam per decem intelli-
git homo qui est decima dragma: eo quod factus
est in ruinam novae ordinis repararet: ut sit quasi de-
cimus ordo. Vel homo qui ad creationem suam
consideratam habet universalem decem potentias.
Quia enim non habet animam vegetativam: sensitivam
et intellectivam. Vegetativa habet potentiam nu-
trientem et generantem. Et sensitiva habet potentiam
quod sensum corpus: scilicet visus: auditus: gustus: odor-
ratus: et tactus. Et intellectiva habet potentiam
rationalem: concupiscibilem: et irascibilem: que omnes sunt
decem potentie: merito creatio hominis numero de-
nario figurat. Insuper qui ad redemptionem suam
homo sex beneficiis redemptus est: quod sunt incar-
natio verbi: peregrinatio: passio: resurrectio: ascen-
sio: et spiritus sancti missio. Et sic sexagesima repre-
sentat ipsam novam redemptionem. Protendit autem
sexagesima usque ad feriam quartam post pascha: in
quo cantat. Venite benedicti etc. quod illi qui in operibus
misericordie se exercet: audient illud: venite be-
nedicti etc. ut ipse ipse testat: ubi tunc tanquam sponsus
se aperient: et in amplexu sponsi fructus. In epistola
autem admonet ad instar pauli: ut tribulationem de
absentia sponsi patienter toleret. In evangelio
ut seminationi bonorum operum semper insistat. Et
quia quasi desperans clamaverat. Et respondens
runt me etc. Nunc quoque rediens ad se petit in offi-

cio in tribulationibus adsumari: et ab ipsis er-
pi dicens. Exurge dicit etc. Et ponit ibi triplex
exurge. Quidam enim sunt in ecclesia qui adversis
premiunt: et non desunt. quidam premiunt et desunt
cuius. quidam nec premiunt nec desunt: tamen
quia adversa non tolerant: periculum est ne pro-
ra ipsos frangat. Et amat ergo ecclesia ut exur-
gat qui ad primos ipsos eripiendos: qui ad secundos
ut exurgat ipsos convertendo: a quibus videtur
faciem avertisse ipsos quodammodo repellendo:
qui ad tertios ut exurgat ipsos in prosperis ad-
iuvandis liberando. Et quod in hebdomada sexa-
gesime seculo etatis tempore recolunt. merito sanctorum
patrum seculo etatis immediate gesta supponuntur
eo quod illorum obitus dies certi penitus sunt ignoti.

De sancto Noe patre.

Cap. xlv.



De patre vir iustus

atque perfectus: ut ex divine scri-
pture textu colligitur. et Eccle-
siastici. xi. in catalogo sanctorum
inferitur: filius Lamech anno
clxxxij. etatis patris progenitus: et secunde etatis
pater primus annorum quingentorum genuit tres
filios: sem: cham: et iaphet. Multiplicavit ergo
hominibus super terram. vii. generatione transacta:
filii dei. i. filii Seth ceperunt legis naturalis et
patrum mandata pretere: malicia hominum excre-
scente. Nam filii Seth filii cayn contra man-
datum ade ceperunt commiseri. et earum fornicati-
onibus abuti: ex quibus gygantes procreati
sunt. Mulieres etiam in vesania verse supgressae
viris turpe luxuria exercebant. Quasi in-
super in alterutrum coeutes nephandum scelus prope-
trabant. His criminibus deus provocatus de-
crevit diluivum mittere super terram: omnemque car-
nem delere: solo Noe cum eius familia resuato:
qui ex omnibus hominibus solus iustus repertus est.
Deditque hominibus spacium penitendi. cxx. anno-
rum. Nam annus. xx. priusquam arcam inciperet man-
davit ei: ut faceret arcam de lignis leuigatis in qua
posset saluari semem universae carnis super terram
ab aquis diluivii: quod sibi tunc deus facturum
se esse praedixit. Cuius arcae structura: forma: atque
mensura in hystoria scholastica expressius ponitur.
Igitur annus. xx. post preceptum dei cepit Noe
arcam fabricare: quam in annis centum praecit cum
filiis suis: in quo tempore filius hominis penitentiam
predicabat: et futurum diluivum praedicebat. Cuius ser-
mones homines irridentes ad peiora se facinora-
convertebant. Ergo cum noe esset sexagensorum
annorum cum tribus filiis suis et vxore sua ac tri-
bus vxoribus filiorum suorum: de mandato dei arcam
ingressus est: et ex cunctis animalibus homo imitandis bina ad se-
men conservandum super terram: dei voluntate ad
noe sponte venientia in arcam intromissa sunt.
Factaque est pluvia super terram quadraginta
diebus et noctibus continue: et aque maris ad

naturale situm et crescentes: omnē terram occupauerunt: ita quod etiam super altissimos montes. xv. cubitis aqua sublimior fuit: et sic omnes homines et animalia necauerunt: sordescitque aeris quousque ascenderrant opera hominum expurgantur. Et usque ad eundem locum ignis iudicij descendens. Aque vero sic exaltate obrinuerunt terram. cxxv. diebus ab ingressu noe: et tunc paulatim ceperunt minui usque ad mensē septimum: quo requiesit arca super montes armenie. At vero noe ad explorandum: an adhuc terra appareret: emisit corvum ex arca: qui occupatus ingluvie cadaverum reperit non est reversus ad eum. Emisit quoque columbam post ipsum: que prima quidem vice non inueniens ubi requiesceret pes eius: reversa est ad eum in arcam. Sed iterum post dies septem emissa ad vespertinum revertit: portans ramum oliue viridentibus folijs in ore suo. Quo signo noe intellexit aquas super terram cessasse: et iam arbores apparere. Ad cautelam tamen post septem dies alios emisit tertio columbas: quae ultra non est reversa ad eum: et tunc noe cum eius familia et omnibus animalibus de arca egressus est: eodem die quo fuerat ingressus: anno videlicet reuoluto. Tunc quoque etate prima terminata secunda incepta est. Egressus ergo noe de arca et altari edificato: quasi pro pace et gratiarum actione obtulit sacrificium domino de cunctis animalibus mundis offerens septimum: ut sic de septem in arcam intronissis sex remaneret: tria videlicet utriusque sexus ad speciem multiplicationem sufficerent: propter quam causam in dispari numero septem animalia de qualibet mundi specie in arcam immissa fuerunt. Et tunc dominus in noe et eius filios benedictionem quam prius ad eum dederat: repetiuit: que consistit in tribus scilicet in filiorum multiplicatione: in ceterorum animalium subiectione: et in ciborum concessione. Nam cum prima etate solis terre fructibus vescerent: carniū eius secunde etatis hominibus concessus est. Et quod diluuiū adhuc timebat: et pro hoc noe instanter dominum precabatur: pepigit deus cum eo securitatis fedus: in cuius signum posuit arcum pluuialem in nubibus: duos habentem colores principales in signum duorum iudiciorum: ceruleum: scilicet exterius: qui et aquosus est signum iudicij per aquam preteritū ne amplius timeatur: et rubens interius: qui et igneus est signum iudicij per ignem futurum: ut expectetur. Post duos autem annos noe plantauit vineam labruscas videlicet naturales pro cultu ad vsum vinee trahens. Bibensque vinum: sed vinum eius ignorans inebriatus est: et nudatus in tabernaculo dormiuit. Quē videns cham eius filius medius irrisit. Sem vero et iaphet imposito humeris pallio: auersis vultibus incedentes patris virilita operuerunt: propter quod noe ex vino eius gilans cham et filio eius pro impudētī irrisione maledixit. Sem vero et iaphet pro honesta verecundia quam de eo habuerant benedixit. Ab his tribus filiis noe disseminatum est omne genus

hominum et quibus referuntur. lxxij. generationes: que postmodum in. lxxij. linguas diuise sunt: vices de Sem. xxvij. de cham. xxx. de iaphet. xv. vii et christus dominus sicut prius. xij. apostolos. xij. tribubus israel miserat: sic postmodum. lxxij. discipulos misit: qui totidem linguarum gentibus euangelium predicaret. Ex his etiam noe filijs adhuc ipso viuente iuxta philonem nati sunt quattuor milia et centum viros: exceptis paruulis et mulieribus: virisque noe post diluuiū annos. ccl. videlicet usque ad. lviij. annū natiuitatis abrahe et mortuus annorum. ccccccccl.

De sancto Sem patre.

Cap. lviij.

Em fili⁹ Noe primo

genitus anno. cccc. patris natus: ut dictum est: in cuius femine vnus veri dei cultus permansit: cum esset annorum. cij. genuit Arphasath: videlicet biennio post diluuium. Cui etiam nato annis. cccc. superuixit: videlicet usque ad annos quinquaginta natiuitatis Jacob: et sic annis. cccccij. impletis mortuus est. Hunc heber autem fuisse Odelchisedech regem Sale: de quo dicitur infra post quinquagesimā: et omnes progenitos a Noe usque ad Aaron sacerdotes fuisse: qui in conuiujs et oblationibus populo benedicebant: et primogenita recipiebant.

De sancto Arphasath.

Cap. clviij.

Arphasath fili⁹ sem

anno etatis parentis. cij. genitus est: videlicet anno etatis Noe cccccccij. Qui cum esset annorum xxxv. genuit Sale: quo nato superuixit annis. cccij. videlicet usque ad annos. clviij. natiuitatis abrahe. Et sic Arphasath annorum cccxxviij. mortuus est.

De sancto Sale.

Cap. clxij.

Alle filius arphasath

anno etatis patris. xxxv. procreatus est ut superius continetur: anno etatis noe. cccccccxxviij. Hic enim cum esset annorum. xxx. genuit heber: quo nato superuixit annis. cccclij. vices usque ad annos. xvi. natiuitatis iacob. Et sic sale annorum. cccxxxiij. mortuus est.

De sancto Heber.

Cap. l.

Heber fili⁹ Sale etate

annis parentis anno. xxx. natus est: ut dictum est: anno scilicet etatis Noe dcccxxviij. qui cum esset annorum. xxxij. genuit Sale: quo nato superuixit annis. cccxxxi. scilicet usque ad annū. lxxxi. natiuitatis Jacob. Et sic impletis annis. cccclxiij. mortuus est. Ad hoc heber hebreorum genus nomen accepit. Quidam vero dicunt ab abraham: unde hebrei quasi abrahe dicti sunt.